et false: ubi patet quod prima est universalis: Secunda indefinita: Tertia particularis Et quarta singularis. Ad 2<sup>m</sup> argumentum cum arguitur: album esse nigrum potest esse verum ergo possibile est album esse nigrum esse verum nego consequentiam: quia arguitur a sensu diuiso vero ad sensum compositum falsum: quod antecedens sit in sensu diuiso probatur. Nam hec est vna oratio indefinita: album esse nigrum esse verum istius categorice: album esse nigrum esse verum: ergo per aditionem modi inter suppositum verbi infinitiui et ipsum verbum infinitiuum resultat. propositio in sensu diuiso: patet consequentia per superius dicta. Et si sic illa propositio est in sensu diuiso: album esse nigrum potest esse verum. Et quod illa sit vera probatur. Nam hoc esse nigrum potest esse verum: demonstrato te. Et hoc est album vel potest esse album igitur et cetera. maior: probatur: quia hec propositio est possibilis hoc esse nigrum esse verum que primarie sic significat et cetera. Vel sic hoc esse hoc potest esse verum et hoc est nigrum vel potest esse nigrum igitur hoc esse nigrum potest esse verum. Et similiter dicatur ad istam: scio esse platonem credo esse verum: concedo eam: supposito quod scio sit coram me quem credam esse platonem: quia hoc esse platonem credo esse verum et hoc est scio igitur et cetera. sed non credo scio esse platonem esse verum. Et similiter conceditur quod album esse nigrum scio esse possibile: quia hoc esse nigrum scio esse possibile demonstrando te et tu es aliquod album vel scio te posse esse aliquod album igitur et cetera. maior: probatur. Nam hoc esse hoc scio esse possibile et hoc est nigrum: vel scio posse esse nigrum igitur hoc esse nigrum scio esse possibile: patet consequentia et maior: probatur: hec propositio est scita a me hoc esse hoc esse possibile que primarie significat hoc esse hoc esse possibile ergo et cetera. Unde est idem hoc esse hoc scio esse possibile et scio hoc esse possibile: sed non est idem: album esse nigrum scio esse possibile et scio album esse nigrum esse possibile: quia prima est vera ut probatum est et secunda falsa tenendo ly possibile in sensu composito respectu sui dicti: quia tunc habet officium sic: hec propositio est scita a te album esse nigrum esse possibile quod scis sic primarie significare: modo prima pars est falsa: et tenendo ly possibile in sensu diuisiouis respectu sui dicti: concedo quod scio album esse nigrum esse possibile: quia sequitur hoc esse nigrum esse possibile demonstrato te et hoc est album vel potest esse album ergo album esse nigrum esse possibile consequentia bona scita a te esse bona antecedens est scitum a te ergo et consequens quod quidem consequens scis primarie significare album esse nigrum esse possibile: ergo tu scis vel ego scio album esse nigrum esse possibile. Et si proponeretur ista: tu scis possibile esse album esse nigrum: debet negari: quia tunc ly possibile necessario tenetur in sensu composito respectu sui dicti: etiam concedo quod album esse nigrum te scire est possibile tenendo in sensu diuiso ly possibile: sed nego quod te scire album esse nigrum sit possibile qualiter cumque sumatur ly possibile. Si enim sumatur in sensu composito propositio falsa est: quia conuertitur cum ista: possibile est te scire album esse nigrum: si sumatur in sensu diuiso iterum est falsa: quia equipollet isti te possibile est scire album esse nigrum que falsa est: ut patet. Et sic consequenter in alijs dicatur ubi ponuntur duo modi quorum vnus per alium determinatur.

**Sed iam arguitur** contra illam propositionem con-  
cessam album esse nigrum scio esse possibile: quia sequitur album esse nigrum scio esse possibile: ergo album esse nigrum scit aliquis esse possibile: Et ultra ergo album esse nigrum est sciens aliquis esse possibile ex quo sequitur quod album esse nigrum est: quod est falsum: et consequentia patet: a 3<sup>o</sup> adiacente ad secundum adiacens. Et secundo resoluentes illius sunt false ergo ipsa est falsa antecedens probatur. Nam illa propositio sic resoluitur hoc esse nigrum scio esse possibile: et hoc est album ergo album esse nigrum scio esse possibile. Et maior iterum sic officiat hoc esse hoc scio esse possibile et hoc est nigrum: modo certum est quod

illa duo repugnant hoc est album et hoc est nigrum: et quod continuo bene datur secunda resolvens probatur: quia ly scio non est verbum ampliatiuum igitur secunda resolvens non debet esse per aliquod disunctum alicuius verbi ampliatiuum: unde dicendo album scio currere sic resoluit: hoc scio currere et hoc est album quare et cetera.

**Ad primum** respondetur negando sequentiam vltimam. Et cum dicitur quod arguitur a 3<sup>o</sup> adiacente ad secundum adiacens concedo sed non ad suum secundum adiacens. Unde cum dicitur album esse nigrum scit aliquis homo esse possibile: non est credendum quod ly album esse nigrum sit suppositum vel appositum istius verbi scit vel copule incluse nec ab illo regatur sed regitur ab illo verbo infinitiui modi esse: distracto per ly possibile: qui est terminus ampliatiuus: unde licet illud verbum scit regat post se illud totum album esse nigrum esse possibile: non tamen regit ly album esse nigrum. Ita igitur quod ly album esse nigrum stat ampliatiuum in antecedente et non in consequente: Ideo consequentia non valet: nec arguitur secundum regulas. Sed si quis peteret que est preiacens respectu istius album esse nigrum scit aliquis homo esse possibile: Dico quod est illud aliquis homo esse: ratione suppositi: sed ratione appositum est illud: album esse nigrum sciens esse possibile est: unde solemus procedere quod antichristum scio esse possibilem et chimeram scio esse ymaginabilem vel credo esse intelligibilem. Ex quibus non sequitur quod antichristus vel chimera est: nec arguitur a 3<sup>o</sup> adiacente ad secundum adiacens. Sed deberet inferri quod ego sum: et antichristum sciens esse possibile est: aut chimera credens esse impossibilem intelligibilem est: ita quod non arguatur a magis aplo ad minus si possibile est fieri. Unde hoc patet responsio.

**Ad secundum** argumentum quod illa propositio album esse nigrum scio esse possibile non resoluitur modo dicto sed sic: hoc esse nigrum scio esse possibile et hoc est album vel scio posse esse album. Et tunc ad argumentum ly scio non est terminus ampliatiuus concedo: igitur secunda resolvens non debet esse per aliquod disunctum: nego consequentiam: quia ly album esse nigrum stat ampliatiuum licet non respectu istius verbi scio. Ideo secunda resolvens debet esse per disunctum: et tunc ad similitudinem: dico quod non est similitudo quia in vna subiectum stat ampliatiuum et in secunda non. Certum est enim quod hec propositio antichristum scio esse futurum: non sic resoluitur: hoc scio esse futurum et hoc est antichristus: quia ly antichristum ampliatiuum per ly futurum cum sit suppositum sui verbi infinitiui. Sed sic resoluitur hoc scio esse futurum et hoc est antichristus vel erit antichristus. Similiter adam scio vel credo esse preteritum sic resoluitur hoc scio vel credo esse preteritum et hoc est vel fuit adam. Et consimiliter in alijs dicatur suo modo: ut chimeram scio esse ymaginabilem: vacuum credo esse intelligibile: corpus infinitum percipio esse inopinabile quare et cetera.

**Ad tertium** argumentum principale quando arguebatur: album esse nigrum ab animali scitur: igitur possibile est album esse nigrum: concedo consequentiam: et nego antecedens. Et tunc ad argumentum: album esse nigrum animal scit album esse nigrum ab animali scitur: huic dicitur igitur dubitando istam consequentiam: eo quod ly nigrum in antecedente potest esse adiectiuum illius termini animalis vel appositum istius verbi infinitiui esse: primo modo concedo quod album esse nigrum animal scit: quia equipollet isti album esse animal nigrum scit: que iterum equipollet isti animal esse scit animal nigrum: quod verum est. Et quando ex isto concluditur quod album esse nigrum ab animali scitur: nego consequentiam: nec arguitur ab actiuo ad suam passiuam: sed hec est sua passiuam album esse a nigro animali scitur: que vera est sicut actiuam. Si autem quis velet quod ly nigrum esset appositum verbi infinitiui: et ab eodem regeret negare istam album esse nigrum animal scit: quod tunc equipollet isti quod est sua passiuam album esse nigrum ab animali scit quod falsa est.

Ex his sequuntur iste conclusiones. Album esse nigrum animal scit et tamen album esse nigrum a nullo animali scitur: album esse nigrum animal scit et tamen album esse nigrum nullum animal scit: Sor. esse album animal scit et tamen sor. esse album nullum animal scit: imo nullus sor. est albus. Et sic conceditur quod verum esse falsum credens credit et tamen nihil credit verum esse falsum: nec verum esse falsum creditur ab aliquo. Et sic de alijs infinitis sequitur ex illa responsione que omnia possunt concedi vel negari secundam punctationem diuersam ut cuiuslibet patet satis.

**In ista materia** de sensu composito et sensu diuiso solent conclusiones proponi. Prima est. a. scis esse verum et tamen nullum verum scis esse. a. probatur et pono quod hec deus est sit omnis propositio que sit. a. te latere quod scias esse necessariam. Iste posito patet quod a. scis esse verum: quia hoc scis esse verum demonstrando illam deus esse: et illa est a. ergo. a. scis esse verum: patet consequentia quia est syllogismus expositorius et etiam quia ex opposito conclusio nis cum vna premissarum sequitur oppositum alterius premissae. Sequitur enim nullum. a. scis esse verum b. de? est. a. igitur illam non scis esse verum: quod est contra possum. Secunda pars conclusionis probatur: nihil scis esse. a. igitur nullum verum scis esse. a. patet consequentia. et antecedens probatur: nec. a. scis esse. a. nec aliud ab. a. scis esse. a. igitur et c. quod a. non scis esse. a. probatur: hanc deus est non scis esse. a. et b. est omne. a. ergo nullum. a. scis esse. a. patet consequentia et maior est casus: nec etiam aliud ab. a. scis esse. a. quia nihil aliud ab. a. est. a. quare et c. Ex ista conclusione sequitur istud correlarium quod a. scis esse idem sibi ipsi. Et tamen nullum. a. scis esse idem sibi ipsi. a. prima pars patet: quia illam deus est scis esse idem sibi ipsi et illa est a. ergo. Et secunda pars de se patet: quia nihil scis esse. a. ut probatum est. Et si arguitur sic. a. scis esse hoc igitur hoc scis esse. a. negatur consequentia: nec est conuersio simplex. sed bene sequitur in conuersioe simplici quod scis esse hoc est. a. Similiter non sequitur. a. non scis esse idem alicui alteri ab. a. ergo. a. scis esse idem sibi ipsi. a. licet enim. a. scio esse idem sibi ipsi. a. vel alteri ab. a. non tamen scio. a. esse idem sibi ipsi. a. nec ipsum. a. scio esse idem alteri ab. a. quia hec propositio non est scita a me b. e. idem sibi ipsi. a. nec ista est scita a me: hoc scio esse idem alteri ab. a. demonstrando semp illam deus esse: quia quelibet illarum est falsa. Sed hec propositio bene est scita a me hoc est idem sibi ipsi. a. vel alteri ab. a. cum ipsa sit necessaria. Unde bene scio hoc esse verum vel hoc esse verum demonstratis illis rex sedet et nullus rex sedet et tamen non scio primum esse verum: nec scio secundum esse verum. Ita in proposito quare et c.

**Secunda conclusio** Tu scis. a. esse verum et tamen nullum. a. scis esse verum: probatur: et pono quod a. sit vnum illorum rex sedet: et nullus rex sedet et hoc bene scias quorum quodlibet sit tibi dubium: tunc patet quod scis. a. esse verum: quod scis vnum illorum esse verum. Et quod nullum. a. scis esse verum probatur: quod nullum illorum scis esse verum. omne. a. est alterum illorum ut suppono: ergo nullum. a. scis esse verum consequentia patet et antecedens est casus. Ex ista conclusione sequitur quod tu scis aliquam propositionem esse veram et tamen quelibet propositio est tibi dubia. probatur: supposito quod ille dicitur rex sedet et nullus rex sedet sint omnes propositiones: tunc patet quod tu scis aliquam propositionem esse veram: quia hec propositio est scita a te aliqua propositio est vera quam scis primarie significare aliquam propositionem esse veram: igitur et c. Et quod quelibet propositio sit tibi dubia patet: quia prima est tibi dubia et secunda similiter ut patet. Sequitur. n. quod a. est tibi dubium: et tamen tu non dubitas an verum sit sicut. a. primarie significat. Prima pars patet: quia quelibet illarum est tibi dubia: et altera illarum est. a. ergo. a. est tibi dubium. Secunda pars probatur. Nam b. propositio non est tibi dubia: sed scita a te: verum est sicut. a. primarie significat: quod

hec propositio est scita a te vnum est sicut vnum istotum significat. **Tertia conclusio** vtriusque istorum credit sor. esse verum et tamen sor. non credit ista esse vera: probatur posito quod sint due propositiones. a. et b. quarum qualibet creditur: sor. esse veram cum hoc quod credit se decipi: ita quod credit quod aliquod crediturum ab eo sit falsum sed vtriusque istorum credit ipse esse verum sicut est possibile quod sciant bene quod non est nisi vnum sor. in mundo et quod accedant ad me duo homines quorum quilibet apparet sor.: propter quod quelibet eorum credam esse sor.: Iste posito patet quod quelibet istorum credo esse sor.: et tamen non credo istos duos esse sor. quia bene scio quod esset impossibile. Consimiliter potest dici quod aliqui sunt quorum quodlibet credo esse verum et tamen non credo illa esse vera. Sed bene concedo quod si aliqua sunt quorum quodlibet credo esse verum quod illa credo esse vera. Et non sequitur: non credo illa esse vera: ergo non illa credo esse vera: arguitur enim a sensu composito ad sensum diuisum: sicut non sequitur: non credo contradictoria inter se contradictoria esse simul vera: igitur contradictoria inter se contradictoria non credo simul esse vera: stat enim quod duas propositiones que sunt contradictorie credam esse veras et tamen quod non credam illas esse contradictorias sicut plurimum habet experientia et c.

**Quarta conclusio** Sor. credit. a. esse verum et plato credit. b. esse verum et tamen sor. et plato non credunt. a. et b. esse vera: probatur supposito quod sor. credit. a. propositionem esse veram et non. b. et plato credit. b. propositionem esse veram et non. a. patet prima pars ex casu. Et secunda probatur: quia dato opposito sequeretur quod aliqui scirent sic esse vel sic esse: quorum nullus sciret sic esse: quod si videret possibile. Sed arguitur sic sequitur sor. credit. a. et plato credit. b. igitur sor. et plato credunt. a. et b. igitur per idem sequitur sor. credit. a. esse verum et plato credit. b. esse verum igitur sor. et plato credunt. a. et b. esse vera: vel detur causa diuersitatis. Illud dicitur quod hec est causa diuersitatis: quia in ista propositione sor. et plato credunt. a. et b. esse vera subiicitur terminus copulatus respectu verbi adiectiui determinantis compositionem verbalem et complexum categoricam propterea terminus ille copulatus diuisiue supponere debet: ex cuius propositione debet sequi propositio vniuersalis singularis numeri: nullo alio modo preter subiectum. Ita quod sequitur sor. et plato credunt. a. et b. esse vera: igitur vtriusque eorum credit. a. et b. esse vera. Sed in ista propositione sor. et plato credunt. a. et b. subiicitur terminus copulatus respectu verbi adiectiui non determinantis determinatum categoricum nec hypotheticum: propterea copulatum illud dicitur stare collectivae: et propositio sua inferibilis est per unam copulativam in qua pars copulati de parte copulati verificatur: sic arguendo: sor. credit. a. et plato credit. b. igitur sor. et plato credunt. a. et b. propter eandem causam bene sequitur. Sor. scit tres artes liberales et plato quatuor: igitur sor. et plato sciunt septem artes liberales. Sed non sequitur: sor. scit tres artes liberales esse veras et plato sic quatuor esse veras: igitur sor. et plato sciunt septem artes liberales esse veras: quia ex isto consequente sequitur quod vtriusque istorum scit aliquas artes esse veras. Concludo ergo quod si aliqui sciunt vel credunt sic esse vel sic si quis quelibet eorum scire vel credere sic esse vel sic. Sed si aliqui sciunt vel credunt sic esse vel sic esse oportet quod quelibet eorum sciat vel credat sic esse vel sic esse quare et c. Et licet non sequatur multe sunt propositiones quarum quelibet scis vel creditur esse vera: igitur creduntur ille propositiones esse vere: tamen bene sequitur quod ille propositiones creditur esse vere: hoc patet in casu priorum: quia. a. et b. sunt multe propositiones quarum quelibet scitur vel creditur esse vera: quia. a. scitur vel creditur esse vera. et b. similiter non tamen creduntur. a. et b. esse vere: quia a nullo nec ab aliquibus: quod non ab aliquo: patet: quia non a forte nec a platone nec etiam ab ipsis duobus: quia tunc oportet ut dictum est quod quelibet illorum sciret vel crederet



illas esse veras quod est contra casum: sed bene concedo  
 q. a. et b. sciuntur vel creduntur esse vere: quia utraq; il-  
 larum scitur vel creditur esse vera: ut patet per casus et c.  
 Et si ex hoc concluditur q. a. et b. sciuntur vel credun-  
 tur ab aliquo vel aliquibus esse vere: negatur consequen-  
 tia: quia tunc oporteret q. quolibet illarum sciretur vel cre-  
 deretur ab aliquo vel aliquibus esse vera quod est falsum.  
 Sed sequitur bene ex illo antecedente q. a. et b. ab aliquo  
 vel aliquibus sciuntur vel creduntur esse vere: q. a. ab ali-  
 quo scitur vel creditur esse vera. et b. similiter ab aliquo  
 scitur vel creditur esse vera. Ex his sequitur ista con-  
 clusio correlarie: q. multi sciunt multas propositiones q. s.  
 nec quarum aliquam possunt ipsi scire esse in rerum natu-  
 ra posito q. s. sciat. a. quod non possit sciri a platone. esse  
 in rerum natura: et plato sciat. b. quod non possit sciri. a. s. o.  
 esse in rerum natura: isto posito patet prima pars conclu-  
 sionis. Et secunda probatur: et q. nullam illarum possunt  
 ipsi scire esse in rerum natura patet quia nec. a. nec. b.  
 per casum: nec etiam aliquas propositiones possunt ipsi sci-  
 re esse in rerum natura: quia non. a. et b. Si enim. a. et b.  
 possent ipsi scire esse et c. oporteret q. quolibet illarum pos-  
 sent ipsi scire esse et c. quod est falsum. veritamen bene co-  
 cedo q. aliquas propositiones s. o. et plato possunt scire esse  
 in rerum natura: et q. a. et b. ipsi possunt scire esse: quia. a.  
 ab uno. et b. a reliquo: quare et c.

**Quinta conclusio** hec propositio est tibi dubia hoc est ho-  
 mo: tamen tu non dubitas hoc esse hominem: quod est si-  
 gnificatum primarium eiusdem: probatur et pono q. hec  
 propositio hoc est homo significet primarie hoc esse ho-  
 minem te demonstrato: sed credas tu ipsam primarie si-  
 gnificare hoc esse hominem demonstrato papa: quod sit  
 tibi dubium: sed bene scias te esse hominem: tunc patet q.  
 illa propositio est tibi dubia: quia statim proposita illa du-  
 bitares ipsam que significat primarie hoc esse hominem  
 te demonstrato quod non est tibi dubium sed scitum a te  
 per casum. Item conceditur in isto casu q. hec propo-  
 sitio hoc est homo est tibi dubia quam credis primarie signi-  
 ficare hoc esse hominem et tamen tu non dubitas hoc esse  
 hominem: scis enim hoc esse hominem te demonstrato:  
 et credis illam propositionem significare primarie hoc esse  
 hominem demonstrato papa: propterea bene concedo q.  
 hoc scis esse hominem et hoc dubitas esse hominem di-  
 versis demonstratis. Item sequitur ex ista conclusione  
 q. hec propositio est scita a te homo est asinus et tamen tu  
 non scis hominem esse asinum: probatur et pono q. scias  
 illas converti deus est et homo est asinus isto posito pro-  
 pono tibi tu scis istam deus est: et cum hoc sit verum et i-  
 pertinens debet concedi: deinde propono non repugnat  
 istam sciri: homo est asinus. Ista est vera et impertinens:  
 ergo debet concedi. Alterius propono hec est scita a te:  
 homo est asinus: et sequitur hoc debere concedi: quia se-  
 quens exposito. cum concessis: sequitur enim tu scis illas  
 converti et una est scita a te et non repugnat alteram sciri:  
 ergo altera est scita a te. Et sic patet prima pars: et secun-  
 da etiam est manifesta: quia nullum impossibile scitur: sed  
 homo est asinus est impossibile: igitur illud non scit. Et  
 si arguitur sic. Tu scis illam homo est asinus que signi-  
 ficat primarie hominem esse asinum: ergo tu scis hominem  
 esse asinum. quod negasti. Respondetur negando mi-  
 nozem: quia repugnat duobus concessis: sequitur enim tu  
 scis illam propositionem et non scis hominem esse asinum:  
 ergo illa non significat primarie hominem esse asinum: si-  
 cut sequitur: hec est vera homo est asinus et nullus homo est asi-  
 nus: ergo ipsa non significat primarie hominem esse asinum quare et c.

**Sexta conclusio** aliqua est propositio  
 quam scis esse possibilem  
 et tamen impossibile est te scire eam sic primarie significan-  
 do. probatur. et capio hanc propositionem. tu non es. signi-  
 ficando primarie q. tu non es. patet q. scis ipsam esse pos-  
 sibilem. quia scis bene q. sum contradictorium non est ne-  
 cessarium. Tu es sed. precise contingens. Et q. tu non possis

scire illam patet. quia si sic vel igitur quando eris vel  
 quando non eris. non quando eris. quia tunc continue erit  
 falsa. Nec quando non eris. quia tunc nihil scies nec scire  
 poteris. Conceditur etiam q. aliqua propositio est pos-  
 sibilis quam impossibile est aliquem hominem scire sic signifi-  
 cando primarie. patet de ista propositione. nullus homo  
 est. que possibilis est et tamen nullus homo potest scire illam  
 sic significando primarie. quia si aliquis homo sciret  
 eam sic significando tunc aliquis homo esset. et per conse-  
 quens illa esset falsa nullus homo est. Et si sic nullus homo  
 sciret eam. Item sequitur q. aliqua propositio est pos-  
 sibilis que non potest sciri ab aliquo sic primarie significan-  
 do. patet de istis. nulla propositio negativa est: illa propo-  
 sitio non est. se demonstrata. hoc est falsum se demonstra-  
 to. omnis propositio est falsa. et sic de multis alijs propo-  
 sitionibus se falsificantibus. Si enim sciret b nulla propositio  
 est negativa sic significando primarie nulla esset propo-  
 sitio negativa et sic ipsa non esset negativa q. est impossibile  
 Similiter concedo q. aliqua propositio est vera et tamen  
 si tu scires ipsam sic significando primarie ipsa esset falsa.  
 probatur et capio illam propositionem. Tu non scis illam  
 propositionem. se ipsa demonstrata. que sit in centro ter-  
 re quam non videas nec de ipsa consideres. Et sequitur co-  
 clusio. Consimiliter etiam aliqua propositio est vera et ta-  
 men si aliquis homo videret ipsam ipsa esset falsa. ut pa-  
 tet de ista nullus homo videt hanc propositionem seipsa  
 demonstrata. Etiam aliqua propositio est vera que si intel-  
 ligeretur statim efficeretur falsa ut patet de ista. nihil in-  
 telligit me seipsa demonstrata quare et c.

**Septima conclusio** aliqua propositio  
 est vera quam non potest  
 credi a te sic significando primarie. probatur et capitur b  
 propositio. hoc quod est album credis esse nigrum. demon-  
 strando aliquod album q. de facto credis esse nigrum. Et  
 sit illa. a. tunc patet q. a. propositio sit vera sic significando  
 primarie. Et q. tu non potes credere. a. sic significando p-  
 batur. quia si non. ponatur ergo q. credas. a. Et arguitur  
 sic. hoc q. est album credis esse nigrum igitur hoc est al-  
 bum. Ista consequentia est bona credita a te esse bona et an-  
 tecedens est creditum a te. igitur et consequens. Tunc sic  
 Tu credis hoc esse album. igitur tu non credis hoc esse nig-  
 rum et per consequens hoc q. est album non credis esse nigrum.  
 q. posito repugnat. Similiter sequitur hoc q. d. est album  
 credis esse nigrum: igitur hoc credis esse nigrum: ista consequen-  
 tia est bona et antecedens est verum. igitur et consequens.  
 Tunc sic: hoc credis esse nigrum: igitur tu credis hoc esse  
 nigrum. Et ultra tu credis hoc esse nigrum et credis hoc esse  
 album: igitur tu credis album esse nigrum: patet consequen-  
 tia: sed consequens est me impossibile: ergo illud. ex quo  
 sequitur: quare et c. Ex ista conclusione sequitur correla-  
 rie q. aliqua propositio est vera que a nullo homine po-  
 test credi sic significando primarie: probatur et capitur b  
 propositio que sit. a. hoc q. est album omnis homo credit  
 esse nigrum: demonstrando aliquod album q. d. est in rei veritate ab  
 omni homine creditum esse nigrum. tunc p. q. a. p. p. o. e. v. a. q. p.  
 a. non potest credi ab aliquo homine sic significando: probatur: q. si  
 non: si igitur q. a. s. o. Et arguitur sic: hoc q. d. est album omnis homo  
 credit esse nigrum: ergo hoc est album. Ista propositio est bona cre-  
 dita a sorte esse bona: et asinus est creditum ab eo. igitur et propositio. tunc  
 sic. s. o. credit illud consequens et scit illud primarie signifi-  
 care hoc esse album. igitur s. o. credit hoc esse album. Et si  
 sic hoc q. est album s. o. non credit esse nigrum. Et s. o. est ali-  
 quis homo. igitur hoc q. est album aliquis homo non cre-  
 dit esse nigrum quod est oppositum casus. Item argui-  
 tur ut prius. hoc q. est album s. o. credit esse nigrum. igitur  
 hoc credit s. o. esse nigrum. Et ultra. igitur sortes cre-  
 dit hoc esse nigrum et s. o. credit hoc esse album per con-  
 cessum. igitur s. o. credit album esse nigrum quod est falsum  
 et impossibile. quare et c.

**Octava conclusio** inter istos potest  
 scire. a. propositiones  
 et tamen idem. a. non potest sciri ab aliquo eorum: pro-

batur & assigno hanc propositionem. Neuter istorum est que sit. a. tunc p3 qd uterq3 istorum demonstratis for. et platonem potest scire. a. propositionem. quia for. potest scire. a. propositionem. & plato similiter: & tam fortes q3 plato est aliquis illorum: igitur &c. consequentia patet: & anis pbat pro maiori. sequit isti no snt: igit neuter eoz e. Ista pna e bona scita tam a for. qua a platone esse bona & a quolibet eorum potest sciri antecedens: ergo a quolibet eorum. potest sciri consequens quod est prima pars conclusionis: et secunda probatur: q3 si. a. potest sciri ab aliquo isto: n3 potest sciri ab aliquo istorum: igitur isti sunt: ergo uterq3 eoz est & per consequens. a. non est verum: neuter istorum e. Ideo. a. non scitur ab aliquo illorum: quia nihil scitur nisi verum. Et si arguitur sic. a. potest sciri ab isto demonstrato for. & idem. a. potest sciri ab isto demonstrato plato: igitur. a. potest sciri ab istis: negatur consequentia. S3 bene sequitur qd. a. ab istis bene potest sciri: sicut non sequitur: tu potes scire hoc: demonstrando regem sedere & potes scire hoc demonstrando: nullum regem sedere: igitur potes scire ista: sed bene sequit qd ista tu potes scire. Imo de presenti non tenet talis consequentia unde non sequit. Tu credis hoc esse hominem & credis hoc esse homines igitur credis ista esse homines: probatur & sint for. & pla. a remotis sic qd credas qd sint duo hoies & unus canis: p3 casus: quia possibile est qd distincte videas facies for. & platonis & cum hoc indistincte pedem sortis. Ista qd credas hoc demonstrando pedes for. esse caput canis: tunc i isto casu si proponeretur tibi ista s3 sunt duo homines & unus canis demonstrando ut prins concederes: admisso ergo isto casu apparet antecedens: & disparet consequens: quia non credis illa esse homines. sed homines & unum canem Et si arguit: ista credis esse homines: ergo credis ista esse homines: quia non refert preponere vel postponere terminum demonstratiuum. h3 dicitur negado p3 consequentiam. Et ad probationem dico qd non refert preponere vel postponere terminum demonstratiuum singularis numeri. Unde non sequitur ista credo esse vera demonstratis duobus contradictorijs: igitur credo ista ee vera demonstratis eidem. Ista credo esse for. demonstratis duobus hominibus omnino similibus: igitur credo illa esse for. Ista apparent esse pedalia: ergo apparet qd ista sint pedalia: demonstratis duobus quorum vnum sit pedale insensibiliter maius alio: ut superius dicebatur. Similiter in singulari numero non sequitur: cum determinabili: ut hoc album scio esse for. igitur scio hoc album ee for. hoc. a. scio esse verum: ergo scio hoc. a. esse verum. Et sic de alijs: imo si seqt: s3 istoz scio ee neq. igit scio s3 istoz esse neq: posito qd creda qd hec de? e sit ois ppositio: qua scias esse veram: tunc patet qd hoc istorum scio esse verum: quia hoc scio esse verum. s. deus est: & hoc est istorum: q3 de numero istorum deus est & homo est asinus: igitur hoc istorum scio esse verum: & tamen nescio hoc istorum esse verum: quia nescio ista esse: imo credo ipsa non esse: quia credo illam deus esse esse omnem propositionem. Aliquando tamen cum determinabili isert sensus diuisus sensum compositum: & hoc determinabili existente palam conuertibili cum predicato dicti aut superius ad idem. Sequitur enim hanc hominem scio esse homines: ergo scio hanc hominem esse hominem: hoc animal scio esse animal: igitur animal hoc scio esse animal. hoc album scio esse album: igitur scio hoc album esse album: & sic consequenter vbi determinabile palam conuertitur cum predicato dicti &c. Etiam sequitur hoc animal scio esse hominem: igitur scio hoc animal esse hominem. hoc coloratum scio esse album: igitur scio hoc coloratum esse album. Et sic de singulis. Notanter adiungo illam terminum palam: quia vbi non sciretur determinabile conuertit cum predicato dicti aut esse superius ad idem non oportet talem concedi consequentiam: dato enim qd non scires ly risibile conuertit cum illo termino homo: non habes concedere illam consequentiam: hoc risibile scis esse hominem: ergo scis hoc risibile

esse hominem: tunc stare veritas antecedentis cum falsitate consequentis supposito qd non scires istum esse risibilem: sed bene scires istum esse hominem. Ubi tamen scires illa duo conuertit tunc sequitur satis bene: hoc risibile scis esse hominem: ergo scis hoc risibile esse hominem. Consimiliter dico de termino superiori qd non infert se in sensu composito nisi palam fuerit superius. Si enim non scires qd ille terminus coloratum esset superius ad ly album non haberes concedere illam consequentiam: hoc coloratum: scio esse album: ergo scio hoc coloratum esse album quia in casu possibili antecedens est verum & consequens falsum: ut posito qd scias hoc esse album demonstrato vno lapide & non scias hoc esse coloratum: quod satis possibile est dato qd magister tuus cui firmissime crederes diceret tibi scias qd nullum album est coloratum: sed precise calidum vel frigidum tunc in casu isto antecedens est verum & consequens falsum. vbi tamen non tibi placeret exemplum istud: potes et aliud presentare. unde non sequitur hoc imutatum scis esse coloratum: igitur scis hoc imutatum esse coloratum supposito qd scias hoc esse coloratum & non scias ipsum esse imutatum: sicut patet de rustico. Isto posito antecedens est verum: quia hoc scis ee coloratum & hoc est hoc imutatum: ergo hoc imutatum scis esse coloratum: & tamen tu non scis hoc imutatum esse coloratum: quia non scis hoc esse imutatum ut patet per casum. Quare autem huiusmodi consequentie non valent est quia illa determinabilia non sunt palam superiora ad dicto: um predicata. ubi tamen essent palam superiora habes concedere illas consequentias: quia nunq3 posses ponere antecedens & deponere pns quare &c.

**Nona conclusio** Aliqua est ppositio quas scis esse veram: & tamen illa non est scita a te: sed tibi dubia: pbatur: & pono qd hac propositionem. a. est. b. que sit. a. scias conuertit cum vno illorum contradictoriorum tibi dubiorum. Rex sedet & nullus rex sedet. Isto posito patet qd. a. propositiones scis esse veram: quia scis ipsaz conuertit cum vero. Sequitur enim. a. conuertitur cum vero: ergo. a. est verum. Ista consequentia est bona scita a te esse bona & antecedens est scitu a te: igitur & consequens: sed consequens primarie significat. a. esse verum: igitur tu scis. a. esse verum quod erat pbandum. Et qd. a. non est scitu a te: sed tibi dubiu: pbat nullum illorum contradictoriorum est scitu a te: sed qdlibet tibi dubiu: omne. a. scis conuertit cum altero illorum ergo nullum. a. est scitu a te sed tibi dubiu. Similiter tu non scis significatum primarium. a. igitur tu non scis. a. patet consequentia: & antecedens probatur. Tu non scis significatum primarium alicuius illorum contradictoriorum sed tu scis bene qd significatum vnius illarum est significatum. a. vel conuertitur cum significato. a. igitur &c. patet consequentia cum minor: & maior probatur. Nam tu no scis regem sedere: nec scis nullam regem sedere & scis bene qd nullum est significatum primarium illarum nisi regem sedere vel nullum regem sedere: igitur tu no scis ali quod significatum primarium illarum.

**Contra istam** conclusionem arguitur sic. Sequitur tu scis. a. esse verum. igitur tu scis significatum primarium. a. esse verum & illud scis significari per. a. Et vltra tu scis significatum primarium. a. esse verum & illud scis esse significatum. a. igitur aliquod significatum primarium verum scis significari per. a. ergo tu scis. a. patet consequentia quia scire. a. est scire sumum primarium significatum verum & illud sciri significari per. a. Ad istud respondetur negando consequentiam primam: quia sciendo. a. esse verum nullum significatum primarium. a. scio esse verum. sed bene scio primarium significatum. a. esse verum: quia scio illud conuertit cum uno s3 bene sequitur scio. a. esse verum: igitur scio significatum primarium. a. esse verum & scio illud significari per. a. quia hec ppo e scita a me significatum primarium. a. e neq. Et si dicitur ex qd scis illud significatum primarium significari per. a. def gº illud significatum: huic dicitur qd non oportet dare illud significatum

catum p. imarium ex quo ly illud stat confuse tantu: Ad cedo enim q scio alterum illorum significatorum esse ve rum demonstrando regem sedere & nullum regem sede re & scio q illud significatur per vniam illaru Rex sedet & nullus rex sedet: & tamen si petitur qd est illud non est sin gulariter satisfaciendu petitioni pp cam dica rē.

**Forse adhuc** dubitatur inducendo experie tiam: videmus enim comunt ter q si aliqua propositio scitur esse vera q illa scitur: sicut patet de illis dens est: homo est animal: nullus homo est asinus: nulla chymera est: Adaz sicut vel antichristus erit Et sic de alijs. Ac etiam si sua significata sciuntur esse va & illa sciuntur: eodipso eni q dea esse scio ee vex: scio deu ee: si scio nulla chymera ee ee vex: scio nulla chymera ee. Et si scitur antichristum fore veluisse: Et sic de alijs vt patet quare ergo si scio. a esse verum non scio. a. & si scio signifi catum primarium. a. esse verum non scio significatum pri marium. a.

**Ad istud respondetur** q est ma gna causa: Ratio. n. quare scio istam dens ee est: q: scio suum signifi catum primariu qd scio significari per illam: q: deuz ee & illud scio significari per illam deus est Et sic de alijs: s; no scio. a. q: non scio suum significatum primariuz vt proba tuz ē nec aliqd significatum primarium scio significari per illam: vnde hec propositio nulla chymera est scitur a me: & scio ipsam esse veram: q: scio suum significatum prima rium & scio suum significatum primarium esse vex: ymo suum significatum primariu scio esse verum. Si ergo eet aliqua propositio cuius significatum primariu scire ee ve rum illa propositio sciretur a me dato q scire illa sic signifi ficare primarie: sed non sufficeret q scire suum significa tum primariu: & q scire illud significari ab illa sicut p3 de .a. qd scio esse verum & tamen non scio ipsum: q: no scio suum significatum primarium nec aliqd significatum pri marium scio significari per illaz sicut nec aliqd significatuz primariu scio esse verum illorum contradictio: q: nec ali quod tale scio significari per illa rē.

**Altima cōclusio** est ista: Si iste rex se det & tu credis firmit ter absqz hesitatione q iste rex sedet tu scis q rex sedet: p3 conclusio sumendo scire cōiter: q: scire cōiter non ē aliqd qz firmiter credere absqz hesitatione cuz hoc q ita sit ex pre rei: propterea cōcedo q tu scis q anips erit: & q dies iu dicij erit: & q xps fuit incarnatus & passus pro redēptioe humani generis: q: hec omnia firmitissime credis absqz ali qua hesitatione & sicut credis ita est ex parte rei rē. Sed non sequitur rex sedet & tu credis firmiter absqz hesitatio ne q rex sedet igitur tu scis q rex sedet: q: ponatur q rex anglic sedeat quem credas non sedere & q rex scotic non sedeat quem firmitissime credas sedere Isto posito p3 an tecedens esse verum & consequens esse falsum. Nam tu deciperis precise credendo regem sedere & vnum regez precise credis sedere: igitur tu no scis regē sedere. C Ue rūtamen si rex sedet & credis firmiter sine hesitatione eun dem regē sedere tu scis regē sedere qre rē.

**Contra istam** descriptionem arguitur sic: naz data ipsa sequitur q ali quis in casu dubitat se scire sic ee vel sic ee qd est impossu bile: Et consequentia probatur: & pono q tu credas sine hesitatione q iste rex qui sit omnis rex sedeat. Isto posito propono tibi Iste rex sedet. Et cum ipsa sit dubia tibi & i pertinentens sequitur q est a te dubitanda: deinde propono: tu scis q iste rex sedet & videtur q sit a te dubitanda quia non est concedenda cum sit falsa non sequēs ex aliquo cō cesso nec concessis nec ex opposito bene negati nec oppo sitis bene negatorum nec etiam neganda: quia sequitur ex posito & vna propositioe tibi dubia ergo videtur q sit dubitanda & per consequens bene respondēdo habes du bitare eam Et si sic sequitur conclusio probanda v3 q ali quis in casu dubitat se scire sic esse vel sic esse. Et q illa tu tu scis illum regem sedere sequatur ex vna propositioe

tibi dubia & posito probatur: q: sequit tu credis firmiter sine hesitatione q iste rex sedet & ita est q iste rex sedet er go tu scis q iste rex sedet p3 pna p pdicta rē.

**Ad istud** potest multipliciter responderi pmo admittēdo positionē & cū pponit: iste rex sedet: dī concedendo: non q: verum sed quia creditu a me absqz hesitatione: vnde bene sequitur. Tu firmiter credis absqz hesitatione q iste rex sedet ergo q ille rex se det est a te concedendum q: si firmiter credis absque be sitatione q iste rex sedet tunc istum regem sedere est a te concedendum negandum vel dubitandum: non negan dum nec dubitandum. quia credo firmiter istum regem sedere esse verum: ergo sequitur q illud est a te concedi dum: dato enim pro vero & non proposito q antichristus nunquam erit proposita tibi ista antichristus erit concede res eam: non q: veram vel scitam a te sed q: credituz: q: firmiter credis q antichristus erit. C Similiter dato q ve niret vnus qui non esset rex quem firmiter crederes esse regem & ita diceretur ab omnibus q esset rex: tunc pro posito tibi: iste est rex concedes ipsam: non quia veram vel scitam a te sed quia creditam. Et tunc ad argumentuz quo probatur hanc esse dubitandaz a me: Iste rex sedet quia illa est mihi dubia & impertinens ergo rē. Dicitur negando consequentiam: sed debet sic argui Ista est du bia significādo primarie & impertinēs: igitur illa ē a te du bitanda: cedo piaz: & nego primā partē antīs: q: repu gnat casui: Ista enim duo repugnāt: Tu credis firmiter absqz hesitatione q iste rex sedet & tu dubitas illaz iste rex sedet significādo primarie q iste rex sedet. C forte b di ceret q illa duo n repugnāt: q: stat satis bñ q tu dubites illā & q illa sic significet primarie q iste rex sedet: & tñ q tu credas firmit rē sedē & vt posito q tu credas firmit istū regē: dubites papā ee quā credas primarie significari per il lam: Iste rex sedet: Isto posito p3 q illa nō repugnant b enim est tibi dubia iste rex sedet: que primarie significat istum regem sedere non obstante q credas ipsam aliud significare primarie Et tamen credis firmiter istum regē sedere per positū. C Ideo dico q licet illa non repugnāt tamen ista bene repugnāt hec est tibi dubia & impertinēs Iste rex sedet quam credis primarie significare istum re gem sedere & tu credis firmiter istum regez sedere: quia ex prima parte sequitur q tu dubitas istum regem q re pugnat scde parti. C Ad inferendum ergo q hec est a te dubitanda debet sic argui: Ista est tibi dubia & impertinēs Iste rex sedet quaz scis & credis primarie significare istū regem sedere: igitur illa est a te dubitanda: consequentia est bona sed antecedens est negandum: quia repugnans vt ostensum est: Ex isto sequitur q non valet hec forma. C Hec propositio est falsa & impertinens ergo est a te ne ganda: posito q credas firmiter absqz hesitatione q hec est asinus demonstrato sor. a remotis Tūc proposita tibi ista iste est asinus est a te concedenda: quia credita firmit ter absqz hesitatione & tamen ipsa est falsa & impertinēs. Si tamen ipsa esset falsa & impertinens quam scires esse falsam & impertinentem sciendo ipsam primarie significa re q hoc est asinus tunc ipsa esset a te neganda sed iam in proposito antecedens repugnat casui. C Item non sequi tur: Ista propositio est vera & impertinens igitur a te est concedēda: posito q crederes absqz hesitatione q ego nō sum homo Tunc proposita tibi ista Ego sum homo: est a te neganda: quia suum contradictorium est creditum firmiter absqz hesitatione & tamen illa est vera & impert nens vt patet: vbi tamen illa esset vera & impertinēs quā scires esse veram & impertinentem sciendo ipsaz prima rie significare q ego sum homo tunc ipsa esset a te conce denda: sed iam in proposito antecedens est repugnans quare rē. patet: igitur responsio ad illud argumentum en3 ponitur q tu credas firmiter absqz hesitatione q iste rex sedet admittitur Et cum proponitur iste rex sedet con cedatur: quia creditam deinde cum proponitur: tu scis q iste rex sedet pcedat: q: sequit rē posito & vno cesso. Si tñ immediate post positū ppoeret ista Tu scis q iste rex

negar sic sign sciend illa ille posito befitat iste rex duision tar er ne qz forme Se admitt nitar: thens debet posito quens gan ve bitand scio se illa no fit dic ne scia est rex tibi du iste cu sam: it men f quitu ymo e sequit tu es da q: propo tecum C absqz scio q na & a ate n tur: J da & illa co ate e quen qua d rex el teced gand posit nega illa es posit tina fi saz: v sedet fa tam nem I rex d corre ipsa f vna p bia & quitu palis possit polat libet bia: q

negarem ipsam: qz falsa & impertinens qua scio esse falsa sic significando primarie q tu scis istum regem sedere: & sciendo ipsam sic primarie significare: deinde si pponeret illa ille rex sedet deberet negari: qz repugnat posito & opposito bene negati. Sequitur enim credis firmiter absqz hesitatione q iste rex sedet & non scis q iste rex sedet: igitur iste rex non sedet: patet consequentia: quia ex opposito conclusionis cum maiori sequitur oppositum minoris. Sequitur enim iste rex sedet & tu credis firmiter absqz hesitatione q iste rex sedet: ergo tu scis q iste rex sedet semp vni formiter demitendo: p3 pna p prius dicta.

**Secunda responsio** Ad argumtum principale e admittendo positum & concedendo idem. Et cu3 proponitur: Iste rex sedet dicitur dubitando: q: dubia & impertinens: deinde cum proponitur: Tu scis q iste rex sedet: debet negari: non q: falsa & impertinens: qz sequitur exposito & vna propositione tibi dubia: sed q: falsum non sequens ex aliquo concessio vel concessis: opposito bene negati vel oppositis bene negatorum: nec ex aliquo a te dubitando: vel bene dubitato: unde non sequitur: illa propositio sequitur ex casu & vna propositione tibi dubia: igitur illa non e a te neganda: vt posito q omnis rex currat & q fit hic coram te vnus homo quem nuqua vidisti que3 bene scias non currere. Iste posito propono tibi illam: Iste est rex demonstrato isto quem iam vides. Et cum illa sit tibi dubia & impertinens debet dubitari: deinde propono iste currit: debet negari q: scis ipsum non currere per casum: illa ergo propositio est a te neganda: Iste currit: & tamen sequitur exposito & vna propositione tibi dubia: sequitur enim omnis rex currit iste est rex ergo iste currit: ymo ego concedo q aliqua propositio est a te neganda q sequitur exposito & vna propositioe scita a te: vt posita illa tu es rome & proposita ista Ego sum rome est a te neganda q: falsa & impertinens & tamen sequit exposito & vna propositione scita a me: sequitur. n. tu es rome & ego sum tecum igitur ego sum rome.

**Contra istam** responsionem arguitur sic: sequitur tu credis firmiter absqz hesitatione q iste rex sedet & iste rex sedet: ergo tu scis q iste rex sedet. Ista psequetia e bona scita a te e bona & antecedens est tibi dubium: igitur consequens non e a te negandum: patet consequentia & antecedens probatur: Illa est vna copulativa cuius vna pars est concedenda & reliqua dubia: igitur tota copulativa est dubia: dicit q illa consequentia non valet. Ista consequentia est bona scita a te esse bona & antecedens est tibi dubium: ergo consequens non est a te negandum: q: depono tibi ista rex est: qua deposita facio istam consequentiam Rex sedet ergo rex est: Ista consequentia est bona scita a te esse bona & antecedens est tibi dubium & tamen consequens est a te negandum: qz depositum igitur e. Non tamen dico q pposita mihi illa Rex sedet deberem ipsa dubitare: ymo negare: quia antecedit ad depositum. Sed si proponitur illa est tibi dubia conceditur: qz vera & impertinens deposito vt patet inuenti. **Uterum** nego q illa copulativa sit mihi dubia: quia bene scio alteram partem esse falsam: videlicet tu credis firmiter absqz hesitatione q iste rex sedet: h enim q ista sit mihi posita & a me concedenda ipsa tamen est falsa quam scio esse falsam sicut ante positionem sciebam: vni posita mihi ista: omnis rex currit iste est rex demonstrato vno quem nunqz vidisti quem scias non currere patet q illa copulativa est a me neganda: quia ex ipsa sequitur vnum a me negandum v3 iste currit: & tamen vna pars illius est concedenda a me & reliqua mihi dubia & dubitanda a me: v3 iste est rex &c. **Etiam** non sequitur hec est vna copulativa cuius quelibet pars principalis est mihi dubia & nulla alteri repugnat nec est in copulativa ergo ipsa e mihi dubia p3 in casu priori de ista copulativa omnis rex currit & iste est rex: certum est q quelibet pars est mihi dubia &c. & tamen ipsa no est mihi dubia: quia scio ipsam esse falsam eo q scio ex ipsa sequi falsum: v3 iste currit: ymo nullo posito casu quelibet pars illius est a me dubitanda quarum nulla alteri repugnat: nec est in copulativa sed neganda: quia ex ipsa scio sequi aliquod negandum a me: illa est a me dubitanda sicut patet de istis: rex sedet & papa dormit: rex sedet & homo est animal: quarum quelibet est mihi dubia & a me dubitanda iuxta dicta. **Ex** quibus patet q illa copulativa tu credis firmiter absqz hesitatione q iste rex sedet & iste rex sedet non est mihi dubia: quia scio alteram partem esse falsam: nec est a me dubitanda: quia falsa no sequens ex aliquo concessio nec concessis opposito bene negati nec oppositis bene negatorum: nec ex aliquo bene dubitato vel dubitando vt patet inuenti. Sed de his copulativis clarus dicit i materia ypotheticarum vbi tangit qd requirit ad h q copulativa sit dubia vel dubitanda.

**Tertia responsio** negat de virtute sermonis illam descriptionem scientie: dicendo q scire est per certas causas positionis veritate3 apprehendere vt patet primo posteriorum. Et licet philosophus diffiniat scientiam maxime proprie dictam non tamen obstat quin illa diffinitio sit bona de scientia comuniter dicta. Et tunc ad casum positum: admittitur. Et cum proponitur illa: Iste rex sedet: non est respondendum concedendo negando nec dubitando: no dubitando nec negando: quia credo firmiter q iste rex sedet: & q illa propositio sit vera nec etiam concedendo: quia nullam euidenciam nec causam habeo quare ipsam deberem concedere cum sit falsa & impertinens relinquatur ergo q est credenda. **Consimiliter** ad aliam respondetur vt videlicet: Tu scis q iste rex sedet: non concedendo nec negando ipsam nec dubitando sed credendo: non solum quado proponitur in tertio loco: ymo etiam in secundo immediate postpositum: non enim concedendo nec dubitando vt patet nec etiam negando: quia nullam euidenciam habeo q non sciam sic esse: per casum: nec sum oblitus: in oppositum: igitur debeo credere illam: nam sicut sine hesitatione credo istum regem sedere sic sine hesitatione credo me scire istum regem sedere: & cum sic credo sine hesitatione non est aliqua euidencia quare deberem illam negare cum proponitur in isto casu &c. rex sedet vlt tu credis regem sedere & sic debet responderi potius credo q sic: vel stat cu casu: aut ego nescio: vni patet alias dari posse responsiones qz concessiones & negationes. **Et** si contra hanc responsionem aliquod fieret argumentum respondetur fm modum prime responsionis quam inter ceteras reputo meliorem.

**Quarta responsio** admittit casum. Et cum proponitur illa: iste rex sedet: dubitatur: & etiam illa: tu scis q iste rex sedet: vbiennqz & quacumqz proponitur: quia si in illo casu: iste rex sedeat: illa est concedenda: si non sedeat neganda: & cum no sequitur ex casu q iste rex sedeat: nec sequitur oppositum: patet igitur q illa est mihi dubia: iste rex sedet: & per consequens: alia: scio q iste rex sedet ab illa dependens est mihi dubia.

**Contra istam** conclusionem arguitur: probando q impossibile est aliquid quem dubitare se scire sic esse vel sic esse: quia si non: ponatur igitur q tu dubites te scire. a. propositionem: & q tu scias. a. propositionem: tunc arguitur sic: tu scis. a. propositionem ergo percipis. a. propositionem: patet consequentia: quia non videtur q quis sciret aliquid nisi perciperet illud. Et ultra tu percipis. a. pponit: igitur percipis te percipere illam. **Probo** pnam: q: per quascumqz euidencias percipis sic esse per easdem euidencias: percipis te

Secundo arguitur sic: Tu scis hoc a. esse et dubitas a. esse semper eodem demonstrato ergo scitum a te est tibi dubium: p3 consequentia et antecedens probatur: et pono quod tu scias hoc a. esse istam homo est animus: isto posito p3 quod tu scis hoc a. esse: et quod tu dubitas hoc a. esse: probatur: tu dubitas hoc a. non esse: ergo tu dubitas hoc a. esse: p3 consequentia: quod dubitatio uno contradictorio dubitatur et reliquum. Sed antequam probatur: tu scis te dubitare hoc a. non esse igitur tu dubitas hoc a. non esse: patet consequentia: quod nihil scitur nisi verum: antecedens probatur: hec propositio est scita a te: te dubitare hoc a. non esse quam scis primarie significare te dubitare hoc a. non esse ergo tu scis te dubitare a. non esse: p3 consequentia: ab officiantibus ad officiatum et que libet pars astanti p3.

Tertio arguitur sic: hec propositio hoc est homo est scita a te esse vera vel scita a te esse falsa et est tibi dubia ergo questio falsa: consequentia t3 et antecedens probatur: et pono quod aliquid scias esse hominem et nihil dubites esse hominem et quod scias istam propositionem hoc est homo significare primarie iuxta compositionem terminorum: sciendo quid demonstratur per subiectum huius hoc est homo: Iste posito arguitur sic: aliquid scis esse hominem et nihil dubitas esse hominem et scis illam propositionem hoc est homo significare primarie sicut termini pretendunt sciendo quid demonstratur per suum subiectum igitur hoc demonstratum scis esse hominem vel hoc demonstratum scis esse non hominem.

Ex quo sequitur cum antecedente quod illam propositionem scis esse veram vel illam scis esse falsam: p3 consequentia: et antecedens est casus. Et quod illa sit tibi dubia: probatur: per casum fuit tibi dubia et iam est impertinens: quod non sequitur nec repugnat igitur adhuc est dubitanda quare et cetera.

Ad primum argumentum dimissis sophisticacionibus ibidem contingentibus non admitto casum: quod includit pdictionem et repugnantiam ut argutum est.

Et notanter dico dimissis sophisticacionibus: quod de virtute sermonis casus est possibilis posito quod tu et plato sitis oes hoies tu masculus et plato mulier: et non

sint plures propositiones in mundo quod a. et b. vel partes earum: Et quod a. sit ista rex sedet scita a platone et dubitata a te: et quod b. sit ista deus est: tibi dubia cuius vna medietas scitur a te et alia a platone qui de. b. nihil consideret: Iste posito p3 possibilitas casus primi. Nam quod solum talis propositio scitur a te que ab uno solo homine scitur: patet: quod precise medietas. b. scitur a te que medietas est propositio que ab uno solo homine scitur: igitur et cetera. Et quod illa propositio que scitur a duobus hominibus sit tibi dubia p3: quod b. est tibi dubium ut patet per casum et scitur a duobus hominibus: quod a te et a platone: tu. n. scis vnam medietatem et plato reliquam que et cetera.

Volendo ergo intelligere casum per hunc modum vel similem admittito ipsum. Et tunc dico quod a. est mihi dubium et non scitum a me. Et tunc ad argumentum. a. scitur vel ergo ab uno homine vel a duobus hominibus. Dico quod nec ab uno homine nec a duobus hominibus: sed ab vna homine. Ex his p3 quod aliqua propositio scitur a duobus hominibus que non scitur ab aliquo homine nec ab aliqua homine: p3 de illa deus est deus est: que scitur a for. et a pla. diuisim: et tamen non scitur a for. posito per casum nec scitur a platone cum ipsa sit impossibilis.

Imo stat quod ipsum. b. scitur a for. et a platone et tamen. b. a nullo scitur nec dubitatur nec credatur nec consideretur ut pono quod for. sciat primam partem. b. et plato secundam et neuter illorum de. b. consideret nec habeat notitiam.

Item sequitur quod for. et plato sciunt. b. propositionem et tamen propositio scita a for. non scitur a platone p3 ut prius.

Et non sequitur. b. propositio est impossibilis et impossibilis non scitur: sed bene sequitur quod a nullo scitur: licet. n. a. propositio a nullo sciat: tamen scitur quia ab aliquibus scitur. Et non sequitur. a. vel b. propositio scitur ergo. a. est scitum: sed bene sequitur quod a. est scitum vel scita. Etiam non sequitur quod a. non scitur ab aliquo igitur. a. non scitur: et b. semper supposito quod a. sit illa deus est deus est: que collectivae non sciat sed precise diuisive ut dictum est.

Ad secundum argumentum concedo: quod tu scis hoc a. esse et nego illam Tu dubitas hoc a. esse: Et illam sicut Tu dubitas hoc a. non esse. Et tunc ad argumentum: Tu scis te dubitare hoc a. non esse ergo tu dubitas hoc a. non esse: hic responderetur cum distinctione quia sine ea posset quilibet intricari: cum. n. assumitur tu scis te dubitare. a. non esse: quero quid est verbum principale dicti an verbum adiectivum vel substantivum. Si verbum adiectivum v3 ly dubitare: nego illam Tu scis te dubitare hoc a. non esse: quod conuertitur cum ista Tu scis quod dubitas hoc a. non esse: quod est falsum et repugnans: ex quo postea bene sequitur quod tu dubitas hoc a. non esse.

Si autem ly esse quod est verbum substantivum ponitur esse principale verbum dicti concedo illam: Tu scis te dubitare hoc a. non esse ut argumentum probavit. Ex quo non sequitur postea quod tu dubitas hoc a. non esse: sed bene quod te dubitare hoc a. non esse. Et cum dicitur quod nihil scitur nisi verum: concedo: ex quo non sequitur aliquid contra me: quod tu non scis te dubitare hoc a. non esse sumendo ly dubitare pro verbo principali dicti sed solum sumendo verbum substantivum quare et cetera.

Et sic hunc modum potest concedi quod tu scis te dubitare hoc a. non esse: et non scis te dubitare hoc a. non esse sumendo difformiter verbum principale dicti nec sunt contradictoria ymo propositiones impertinentes. Conceditur quod tu scis te scire hoc a. esse et tu scis te scire hoc a. non esse: sumendo difformiter ut prius: hec. n. est scita a te tu scis hoc a. esse quam scis primarie significare te scire hoc a. esse ideo tu scis te scire hoc a. esse. Et quod hec propositio est scita a te te scire hoc a. non esse quam scis primarie significare te scire hoc a. non esse ideo tu scis te scire hoc a. non esse.

Ad tertium argumentum concedo quod illa hoc est homo est mihi dubia et nego quod est scita a me esse vera vel scita a me esse falsa. Et tunc ad argumentum: nego illam consequentiam: aliquid scis esse hominem et nihil dubitas esse hominem et scis quod demonstrat per subiectum illius et cetera. igitur illud demonstratum scis esse hominem vel illud scis esse non hominem: quod casu possibili a se est verum sine parte: ponendo cum toto ante quod illud demonstratum quocumque dato non consideres esse hominem nec consideres esse non hominem nec unquam consideraveris



sicut est satis possibile quod videam unum lapidem vel aliquid  
 aliud et non considerem utrum sit homo vel non homo.  
 Isto posito patet antecedens esse verum sine consequen-  
 te: quia si scires hoc esse hominem vel scires hoc esse non ho-  
 minem oporteret te considerare vel considerasse nunquid  
 illud demonstratum sit homo vel non homo. Locus opposi-  
 tum posui: Etiam non sequitur. Aliquid scis esse homi-  
 nem et nihil dubitas esse hominem et scis quid demonstre-  
 tur per subiectum illius hoc est homo et consideras de illo  
 demonstrato an sit homo vel non homo ergo hoc demon-  
 stratum scis esse hominem vel illud scis esse non hominem:  
 ponatur. n. cum toto antecedente quod illud demonstratum  
 sit lapis et quod firmiter credas absque hesitatione illud demon-  
 stratum esse hominem quare etc. **¶** Item adhuc non se-  
 quitur: aliquid scis esse hominem et nihil dubitas esse ho-  
 minem et scis quid demonstratur per subiectum illius de  
 quo sufficienter consideras an sit homo vel non homo. Et  
 nihil quod non est homo credis esse hominem igitur demon-  
 stratum illud scis esse hominem vel illud scis esse non ho-  
 minem. **¶** Dico quod tu precise consideras tunc actualiter quod  
 habitualiter de te: me et illa propositione hoc est homo vel  
 de partibus: sciendo quod per subiectum demonstratur: sed  
 credas tu firmiter quod ego sum corruptus et quod ego non sum.  
 Isto posito patet quod antecedens est verum et consequens  
 falsum: quod antecedens est verum patet. Nam aliquid scis  
 esse hominem quia te: et nihil dubitas esse hominem: quia  
 nec te nec me nec illam propositionem: et scis quid demon-  
 stratur per subiectum illius: quia me scis demonstrari: et co-  
 sideras nunquid illud demonstratum sit homo vel non ho-  
 mo: quia de me et te sic consideras: et nihil quod non est homo  
 credis esse hominem: quia nec te qui non es homo credis esse  
 hominem: nec me credis esse hominem: nec illam propo-  
 sitionem credis esse hominem. **¶** Nec etiam aliquid quod est  
 homo credis esse non hominem: quia te non credis esse non  
 hominem nec illam propositionem que est homo credis  
 esse non hominem: nec me credis esse non hominem: quia  
 me credis non esse igitur non credis me esse hominem nec  
 credis me esse non hominem et sic patet quod antecedens est  
 verum: quod consequens sit falsum probatur: non enim scis hoc  
 esse hominem: quia credis firmiter me non esse: nec etiam  
 scis hoc esse non hominem: quia ego non sum non homo quare etc.  
**¶** Ubi tamen toti antecedenti adderes quod scis hoc demon-  
 stratum esse: posset consequentia concedi et consequens.  
 Et tunc non sequitur: Tu scis hoc esse hominem vel scis  
 hoc esse non hominem. Et si sic quod hec propositio hoc est  
 homo significat primarie iuxta compositionem termino-  
 rum vel sicut termini coiter preterunt igitur illa est scita a  
 te et va vel scita a te esse falsa: quia cum toto antecedente stat quod  
 ipsa non significet primarie hoc esse hominem sed unum  
 aliud: ymo etiam non sequitur: Tu scis hoc esse hominem  
 vel scis hoc esse non hominem et hec propositio hoc est homo  
 significat primarie hoc esse hominem igitur tu scis illa esse  
 veram vel scis ipsam esse falsam: quia cum toto antecedente  
 stat quod non scias ipsam primarie significare hoc esse ho-  
 minem: unde patet quod non sequitur: Tu scis deum esse et  
 hec propositio significat primarie deum esse ymo deus est:  
 igitur tu scis ipsam esse veram quia stat cum antecedente quod  
 non scias ipsam primarie sic significare. Sed bene sequi-  
 tur: Tu scis deum esse et scis hanc propositionem deus est  
 significare deum esse: igitur tu scis ipsam esse veram: Ita  
 in proposito sequitur: Tu scis hoc esse hominem vel scis  
 hoc esse non hominem et scis quod illa propositio hoc est homo  
 significat primarie hoc esse hominem igitur scis ipsam esse  
 veram vel scis ipsam esse falsam: consequentia est bona: sed  
 negat minor: quia repugnat uni processu et opposito huius negati.  
 Sequitur. nulla propositio non est scita a te esse vera nec est  
 scita a te esse falsa Et scis hoc esse hominem vel scis hoc esse  
 non hominem igitur non scis ipsam primarie significare hoc  
 esse hominem. Ista consequentia est bona ut patet et op-  
 positum consequens est igitur ipsa repugnat antecede-  
 ti quod est copulativa facta ex uno concessu et opposito bene  
 negati. **¶** Si tamen poneretur cum toto casu quod scire illa

significare hoc esse hominem tunc concederem illam esse  
 scitam a me esse veram vel scitam a me esse falsam: et ne-  
 garem quod esset mihi dubia: non propter hoc quod ipsam esse  
 mihi dubiam repugnat huic scio ipsam esse veram vel scio  
 ipsam esse falsam: quia illi non repugnat. Alias. n. concede-  
 batur quod aliqua est propositio qua scio esse veram et tamen  
 ipsa est mihi dubia: posito quod sciam illam papa est romae  
 conuerti cum vero illarum rex sedet et nullus rex sedet:  
 Et ideo nego ipsam mihi esse dubiam: quia tunc repugnat  
 posito et uni concessu. Sequitur enim tu scis hoc esse ho-  
 minem vel scis hoc esse non hominem et scis illam primarie  
 significare hoc esse hominem eodem demonstrato igitur  
 illa non est mihi dubia: verum tamen cum proponitur: hoc  
 est homo: debet dubitari. **¶** Et si dicitur illa est tibi dubia:  
 negat: quia repugnat priori dicto. Ita quod hec: hoc est homo est du-  
 bitanda: quia ante casum dubitanda erat et iam est imper-  
 tinens: sed hec: illa est tibi dubia: est neganda: quia repu-  
 gnans. **¶** Et si arguitur probando quod hec est a me dubi-  
 tanda: et non concedenda: scio hoc esse hominem vel scio  
 hoc esse hominem: quia illa est una disiunctiva cuius  
 libet pars est a me dubitanda et nulla alteri repugnat nec  
 est impossibilis. **¶** Ad hoc dicitur negando consequentiam:  
 sed opus quod non sciam illam esse veram vel non sciam eam  
 ex aliquo casu vel concessu sequi: quod est falsum: quia scio ip-  
 sam sequi quod est falsum: quia scio ipsam sequi ex casu ut ar-  
 gumentata est: unde bene concedo quod hec est a me dubi-  
 tanda: cum proponitur: scio hoc esse hominem. Et hec si-  
 militer scio hoc esse non hominem non tamen disiunctiva  
 ex illis composita. Et si proponitur: Tu dubitas an hoc sit  
 homo debet negari quia repugnat posito. Sequitur. n. tu du-  
 bitas hoc esse hominem et hoc est igitur hoc dubitas esse  
 hominem. Et ultra igitur aliquid dubitas esse hominem:  
 quod repugnat casui: cum ponitur quod nihil dubites esse ho-  
 minem. Ideo in casu priori concedo quod hec est mihi dubia:  
 hoc est homo et tamen non dubito an hoc sit homo: quia  
 illud repugnat casui. **¶** Et si arguitur sic: Illa est tibi du-  
 bia hoc est homo que significat primarie hoc esse hominem  
 igitur tu dubitas an hoc sit homo: negatur consequentia:  
 quia debet sumi pro minori: quia tu scis illam significare pri-  
 marie hoc esse hominem quod negaretur quia repugnans duo-  
 bus concessis: Sequitur. n. tu non dubitas an hoc sit ho-  
 mo et illa est tibi dubia hoc est homo ergo non scis illam  
 primarie significare hoc esse hominem. **¶** Et si iterum po-  
 nitur ut prius quod sciam illam primarie significare hoc esse  
 hominem: admitto cum toto casu primo. Et cum propo-  
 nitur: hoc est homo: dubito eam: et si proponitur illa est tibi  
 dubia: negatur: quia repugnans: Sequitur. n. tu non du-  
 bitas hoc esse hominem ymo nihil dubitas esse hominem et  
 scis illam primarie significare hoc esse hominem ergo illa  
 non est tibi dubia. Et sic preter respondeatur ad alias similes  
 obligationes. **¶** Item si arguitur iterum quod hec non est a te co-  
 cedenda: scio hoc esse hominem vel scio hoc esse non hominem:  
 quia ipsa est una disiunctiva cuius nulla pars intelligitur a  
 te quia termini ex quibus componuntur partes non intelliguntur  
 a te: ymo hoc est homo hoc est non homo nulla istarum intelligit  
 a te eo quod nullus istarum subter intelligit. **¶** Ad istud dicitur quod illa  
 est a me concedenda: sequens ex casu et quolibet pro illa  
 intelligit a me. Et cum dicitur quod iste non intelliguntur a te: hoc est homo  
 est non homo: quia non intelligit earum subter: nego: Scio  
 enim quid demonstratur per subiectum illius: hoc est homo per  
 casum ergo intelligo istud subiectum et consequenter intelligo  
 aliam hoc est non homo: quia scio idem demonstrari. **¶** Quod natus  
 responsio sit pulchra et subtilis est tamen nimis per Iuuenibus  
 tricata Ideo aliam faciliorem censeo proponendam. Cum enim  
 ponitur quod aliquid scias esse hominem et nihil dubites esse hominem  
 sciendo primarie ipsam significare sicut termini preterunt et quod per  
 subiectum demonstratur etc. totum admitto. Et cum dicitur quod hoc est homo  
 est tibi dubia: et scis ipsam esse veram vel scis ipsam esse falsam.  
**¶** Ad hoc non respondeatur procedendo nec negando sed querendo  
 quid demonstratur per subiectum illius hoc est homo. **¶** Et si dicitur  
 bene scis quid demonstratur per casum quare ergo petis.  
**¶** Ad hoc dicitur quod licet sciam quod demonstratur per subiectum

illis adhuc volo respondere: q: non suz certificatus: scio enim quid demonstratur per subiectum illius nimis transcendenter et nimis confuse volo. n. specificiter certificari et aliter non respondebo: vs an illud demonstratum sit homo vel asinus et sic de alijs: q: si opponens fecerit: scis qd habes agere. **C** Similiter potes dicere ad illam consequentiam qua infertur q tu scis hoc esse hominem vel scis hoc esse non hominem. **C** Dicendo quid demonstrat distincte et nunq: respondeatur nisi fiat certificatio specifica. Si tamen respondens importune vellet oino te respondere absq: alia certificatione potes istum modum tenere: ex quo non est limitatum per casum quid demonstratum distincte significet pronome demonstratiuz eligas tibi qd cuq: singulare volueris significari per ipsum et iuxta hoc concede vel nega sicut tibi placuerit: nec refert q: hominem fecerit: q: nunq: habebit opponens argumentuz contra te: Si. n. assumis hominem pro significato illius termini hoc concede: hoc est homo. **C** Et si dicitur q ante casum fuit tibi dubia et iam est ipertinens: negatur q ante casum fuit tibi dubia: et si fuerit tibi dubia non tamen modo est tibi dubia: q: aliquando ante casum non scini significatu illius termini hoc et modo scio eum. **C** Et si dicitur ex tibi dubio demonstratur asinus: negatur: q: bene scis q: demonstratur homo: ex quo hominem vis demonstrari. Et si opponens querit quid significat ly hoc et quid per ipsum demonstratur respondeas pono q: scias: quo posito nesciet amplius opponens arguere: Consimili modo dico si volueris per ly hoc asinum vel non hominem demonstrari: neges illam hoc est homo: Et tunc si tibi fiet objectiones respondeas vt prius et c.

**Amplius** ad principale arguitur sic. A. est scitum a te et a. est tibi dubium et vnuz. a. e. o. e. a. igitur idem est scitum a te et tibi dubium: patet consequentia et antecedens probatur: et assigno istam propositionem nullus papa est rex sedet: que sit omne. a. isto posito patet q: illa est scita a te quia bene scis q: nullus papa est propositio: Ideo. a. scitum est a te qd est omne. a. et q: a. sit tibi dubium probatur: huius est tibi dubium et hoc est. a. ergo. a. est tibi dubium: patet consequentia a resolutione ad resolutum et antecedens probatur: tibi dubium est huius ergo huius est tibi dubium semper demonstrando. a. patet consequentia: q: conuersio simplex: antecedens probatur: hoc est demonstrando illuz rex sedet et hoc est tibi dubium ergo tibi dubium est hoc: patet consequentia vt prius cuz minori et maior est manifesta eo q: illa rex sedet est pars istius. a. ideo est huius et c. **C** Secundo arguitur sic: Scitum a te est non scitum a te ergo per idem scitum a te est tibi dubium: patet consequentia et antecedens probatur: quemlibet hominem sciens esse es tu et aliquem hominem sciens esse non es tu igitur et c. antecedens probatur: et pono q: quilibet hominem sciens esse et q: quilibet homo alius a te sciat seipsum esse et te esse: isto posito patet prima pars antecedentis. Nam istum hominem sciens esse es tu et istum hominem sciens esse es tu ergo quilibet hominem sciens esse es tu patet consequentia a singularibus ad vniuersalem. Et q: aliquem hominem sciens esse non es tu probatur hoc non es tu demonstrando me et h est aliquem hominem sciens esse: q: seipsum et te: ergo aliquem hominem sciens esse non es tu: patet consequentia a resolutionibus ad resolutum et c. **C** Tertio ad idem sic et pono q: sint tres propositiones vs. a. b. c. quarum. a. et b. sciuntur a te et reliqua. s. c. sit tibi dubia: et lateat te que illarum est tibi dubia: Iste casus est possibilis: q: possibile est q: tu scias vnum istorum trium esse sortem et nullum illorum scias esse sortem. Ita per idem est possibile q: aliqua dubitare et lateat me que est tibi dubia. **C** Isto posito arguitur sic: quilibet illarum est tibi dubia et aliqua illarum est scita a te q: tam. a. q: b. ergo scitum a te est tibi dubium: patet consequentia cum minori et maior probatur: quilibet illarum dubitas esse tibi dubiam igitur quilibet illarum est tibi dubia antecedens probatur: et postea consequentia: Nam si non quilibet illarum dubitas esse tibi dubia et quilibet illarum

est ergo aliqua est illarum quam scis non esse tibi dubiam sit ergo. a. et qua ratione. a. scis non esse tibi dubium eadem ratione. b. scis non esse tibi dubium ergo. c. scis esse tibi dubium qd repugnat casui: et consequentia patet: q: sequitur: Tu scis q: vnum istorum trium est tibi dubium et scis q: a. non est tibi dubium et etiam scis q: b. non est tibi dubium igitur scis q: c. est tibi dubium: probato antecedente probatur consequentia. Sequitur quilibet istarum dubitas esse tibi dubiam ergo de quilibet istarum consideras quarum nullam scis esse falsam nec aliquam scis esse veram nec credis esse veram: patet consequentia: q: oppositum consequentis quo ad quilibet partes repugnat antecedenti. Sequitur. n. aliquam istarum scis esse veram ergo aliquam istarum scis te scire esse veram ergo non quilibet istarum dubitas esse tibi dubiam. Similiter aliquam istarum scis esse falsam igitur aliquam istarum scis te scire esse falsam igitur non quilibet istarum dubitas esse tibi dubiam. **C** Et consimiliter arguitur de credere et ois consequentie p. patet: q: si scio sic esse vel sic esse scio me scire sic esse vel sic esse: q: eisdem euidentijs vel equalibus scio ali quid et scio me scire illud.

**Ad hec respondetur** **C** Ad primuz dubito hanc consequentiam. A. est scitum a te quod est omne. a. et a. est tibi dubium ergo scitum a te est tibi dubium: eo q: ly. a. in minori potest sumi in recto vel in obliquo. Si in recto concedo consequentiam et nego illam. a. est tibi dubium: Et tunc ad argumentum: istius est tibi dubium et hoc est. a. igitur. a. est tibi dubium: nego consequentiam: quia in conclusione maior extremitas debet verificari de minori in conclusione in obliquo et non in recto. Ideo bene sequitur ex illo antecedente q: alicuius. a. est tibi dubium: q: concedo: vnde non sequitur istius est necessarium et h est impossibile ergo impossibile est necessarium. Nam certum est q: istius deus est deus est est necessarium que est pars eius videlicet deus est et illa deus est deus est est impossibile: Sed sequitur bene ex illo antecedente q: impossibile est necessarium quod conceditur. Si autem ly. a. in prima consequentia sumatur in obliquo genitio: negatur consequentia: quia non debet concludi in recto q: scitum a te est tibi dubium: sed debet concludi in obliquo q: sciti a te est tibi dubium: quod iterum concedo. **C** Ex his sequitur q: a. est. b. et q: vnum. a. est omne. a. et vnum. b. est omne. b. et tamen. a. est necessarium et scitum a te et b. est impossibile et nescitum a te: probatur. Capia tur hec propositio: homo est animal est que sit omne. b. cuius hec pars: homo est: sit omne. a. tunc patet q: a. e. b. quia. a. est alicuius. b. cum sit pars. b. Et q: a. sit necessarium et scitum a te patet: et b. impossibile et nescitum a te patet etiam. Item sequitur q: a. est. b. et tamen nullus. b. est. a. p. in priori casu: quia. a. est. b. in obliquo et nullum. b. est. a. siue in recto aut in obliquo sumatur Et sic de alijs multis sequentibus quare et c. **C** Ad secundum argumentum respondetur negando q: scitum a me est nescitum a me: Et tunc ad probationem quia quilibet hominem sciens esse sum ego: et aliquem hominem sciens esse non su ego: dico concedo quilibet illarum: quia non sunt contradictoria qualitercunq: sumantur: aut q: ambe sunt indefinite: aut q: vna est vniuersalis affirmatiua et reliqua particularis negatiua. Si enim ambe sumuntur indefinite patet q: non sunt contradictorie: quia in contradictorijs de in esse requiritur alteram esse vniuersalem subiectis existentibus comunibus. Si autem sumuntur secundo modo patet q: non sunt contradictorie eo q: ille rectus sciens in neutra stat mobiliter qd tamen requiritur ad veram contradictionem de in esse de termino comuni. Cum. n. dicitur quilibet hominem sciens esse es tu patet q: ly sciens stat soluz determinate vel p. suse tm Et i ista filr: Alique hoies scis esse tu no es: stat ly sciens determinate: Si ergo vis recte assignare contradictoriuz vniuersalis affirmatiue proponas illuz aliquem hominem non sciens esse es tu: qua proposita negabo eam: quia falsa est qualitercunq: resoluitur.

Exemplū huius habemus in ista Quilibet hoīs asinus currit que si indefinite sumit sicut i rei vitate sumi deberet non contradictoriae huic Alicuius hoīs asinus nō currit cum ambe tunc indefinite essent. Et etiam vniversali- sumpta eidem non contradictoriae propter dictā cām: eo q̄ ly asinus nullibi mobilizatur: debet igitur eidem sic sumpte assignari pro cōtradictoria illa Alicuius hominis nullus asinus currit: Et sic fiat in proposito principali rē. Ad tertium argumentum cōter respondetur cū dī q̄ .a.b.c. sunt tres propositiones quarū due sciuntur a me .a.b. r̄ reliqua sit mihi dubia. f.c. r̄ lateat me que illarum est mihi dubia: negatur casus: q̄ impossibile est q̄ aliqua propositio dubitetur a me r̄ dubitē me dubitare illā. Et tunc ad argumentū: possibile est te scire vnum istorū triū esse sor. r̄ nullam eorum scire esse sor. ergo per idē est possibile me dubitare aliquam propositionem r̄ nescire me dubitare illam: negatur consequentia: q̄ ad hoc q̄ vnus istorum sit sor. non requiritur q̄ sciam aliquem eorum eē sor. sed ad hoc q̄ dubitē aliquam propositionem requiritur q̄ sciam me dubitare illam: vnde posito q̄ tres essent propositiones: quarū vna esset scita a me eē necessaria r̄ reliqua mihi dubia r̄ contingens r̄ reliqua scita a me esse impossibilis v̄ deus est: homo est asinus: r̄ rex sedet: r̄ sic disponderentur ille tres propositiones q̄ nescirem que illarum esset necia nec que esset cōtingens vel impossibilis r̄ de eis considerarem stante isto casu non solum illa eēt mihi dubia rex sedet sed quelibet illarum esset mihi dubia: nec dubitarem que illarum esset mihi dubia quāuis dubitarem que illarum esset illa propositio contingens rex sedet: sed illa propositio quam sciri prius esse necessariā modo est mihi dubia quare rē.

